



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres**

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

**Landmeter, Laurentius**

**Lovanii, 1626**

Cap. XXI. Veterum & recentiorum Conciliorum circa Clericorum habitum decreta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11007**

Est enim Sapphirus sculpturæ inutilis, au-  
ctore Plinio.  
l. 37. c. 7

## CAPVT XXI.

*Veterum & recentiorum Conciliorum circa  
Clericorum habitum decreta.*

**C**Æterum de veste veterū Clericorū  
an. 789. scripsit Conciliū Nicænum II. *Pris-  
cis temporibus omnis sacratus vir, cum me-  
diocri & vili veste conuersabatur. Omne  
quippe quod non propter necessitatem, sed pro-  
pter venustatem accipitur, elationis habet ca-  
lumniam. Nam vt dixit eleganter D. Am-  
in 1. ad brosius, Humilis habitus bonæ professioni  
Tim. c. 2. conuenit, vt possit non aliud estimari quam  
cernitur. Auditur enim Philosophus (inquit  
Concil. Tertul.) cum videtur. Nam ipse habitus  
Trid. sess. 29 c. 6. sonat. Laborauitque Ecclesia, veteri, me-  
c. 3 de dio, recentiore æuo, Clericalem habitum  
Refor. intra modestiæ limites coercere frequen-  
Concil. tissimis constitutionibus quas omnes in-  
Lateran. nouat Tridentinum. Hinc vetitæ vestes  
sub Inno. 3. can. 16. fulgidæ, rubræ, virides, virgatæ, mani-  
Turian. can. 23. cataæ,  
7 Synod. 7  
1173. 139*



ET MONA ORCHVM HABITV. 99  
cata, militares. Calceamenta pretiosa, inepta, rostrata, aliæque nouitatum vanitates. Fræna, sellæ, pectoralia, calcaria, corrigiæ, fibulæ deauratæ aut deargentatæ. Vestitus quoque vsus annulorum, quibus non competit ex officio dignitatis.

Additæ graues pænæ . Ac quidem in Concilio Nicæno , *Clericus qui in huiusmodi permanserit , epitimio tradatur .* Quæ pæna etiam decernitur in eum qui riserit *amictos vilibus & religiosis vestimentis.* In Matisconensi I. *Clericus qui cum indecente veste inuētus fuerit , à Seniore ita coerceatur , ut triginta dierum inclusione detentus , aqua tantum & modico pane diebus singulis sustentur.* Temporibus magis recentibus, Concilium Viennense sub Clement. V. Clericos à suo præscripto in vestitū exorbitantes, mulctat ; aut maiore parte fructuum beneficij quod obtinent : aut ad beneficia obtinēda inhabilitat certo tempore , præcipitq; vestem vetitam erogari in pauperes. *oportet enim, inquit Concilium, tales personas per modestiam habitus extrinseci,*

*Matisconens.  
celebrat.  
an. 582.*

*Clemens.  
de vit.  
& hon.  
Cler. c.  
Clerici.*

N 2

*morum*



100 DE VETERE CLERICORVM  
*morum intrinsecam honestatem ostendere.*  
Addidit nouissimè Trident. *Vt si semel*  
*correpti in hoc denuo deliquerint, etiam per*  
*privationem beneficiorum & officiorum, hu-*  
*iusmodi coerceri possent, & debeant.* Visum  
est ea hic inserere quamuis recentia. Ha-  
ctenus enim ad veteres Clericos perti-  
nent, quod ipsa Concilia profiteantur, se  
veterum instituta renouare. Hæc de cleri-  
cis modò sufficiant. venio ad Monachos.

Sess. 14.  
cap. 6.

LIB. I.

